

5. Fossilis reperitur in iisdem locis, niger, tres ad cotem reddens colores, Trichrus, qui possit dici: sicuti Plin. l. 37. c. 10. trichrum ex Aphrica, describit nigrum, qui tres succos reddit: a radice nigrum, medio sanguineum, a summo candidum. Et hic quoq; noster ille trichrus turbinatus est, & durus.

6. Reperitur in Cherufeis, Northusiæ, Hazgerodæ, quibus dā in montibus, qui omnino formam cerebri detecti præbet, longe pulcerrimus. Cuius formā satis mirari nequeo. Et eius virtutem mirabilem in sistendo sanguinē ex narib. expertus sum. Plin. l. 36. c. 20. hæmatiten & schiston cognationē habere docet. Et hæmatiten discernere venas rubētes, & q; sit natura friabilis. Præterea hæmatiten & anthracitin vocari ait. Quo nomine anthraces Græci multas resdixere, vt supra docuim⁹. Facit aut̄ eius 5. genera secundū Sotacū, p̄ter magnetē.

Hæmatites Plinii. 1. Æthiopicus, vtilissimus oculis, ex iis, quos vocant panchrestas. Hunc idem Plin. l. cod. c. 16. hæmatitem magnem vocat. Et reperiri eū dicit in Æthiopia, vbi sit magnes ipse Æthiopicus. Est vero iuxta eundē hic sanguinei coloris. Si iteratur, sanguineum & croceum reddit succum, sed tamen ferrum non attrahit, vt magnes. Et profecto est magna cognatio magnetis & hæmatitis. Ex magnetē vchemēter calore ambusto fiunt hæmatites. 2. Añdrodamanta, vel atrodamanta, duritia ac pondere insignis. Vnde & nomen inuenit, coloris nigri, p̄cipue in Africa inuenit, trahēs ad se ferrū, reddens succū sanguineū. Huic respōdet plurimū noster hæmatites, q; reperit in Geuro durissimus ad cotē, q; est trichrus. 3. Arabicus, durus, vix reddens succū ad cotē aquariā, aliquādo croco similē. Huic noster respondet, q; reperit in Goslariæ, & ad Hercyniā syluā. 4. Elatites, cū crudus est. Coctus aut̄ dicit miles. Vt̄lis ambustis, ad omnia vtilior rubrica. 5. Schistos, cui⁹ altera species nascit in Africa, S. nigrū schiston. Quod atritum aquariis cotib. reddit ab ea partē, qua fuerit radix, ni-